

Dñica xx. p^r trinita.

indicant homines solutos a peccatis oēs sancti i glia eorum absolutionem approbant et cōfirmant. **Uñ Aug^o** in li. de pe. Exponēs illud **Mat. xvj.** Quodcūq; solueris sup terras etc. Dicit hoc est ergo deus et omnis celestis militie ordines et omnes sancti in gloria mea laudāt vobiscum et confirmant quod ligatis et solutis. Ideo refert **Cesarius** in dialogo q^o quedā mulier concepit a pprio filio et peperit filiū. Que contrita super hoc peccato et cōfessa remissa ē ad papam. Que cum venisset ad **Innocentiū** tertiū sine omni pudore cum paruulo confitebatur publice peccata magna cum contritiōe dicēs. Peccaui cu^z pprio filio de quo concepī hunc filiū. Volens eaz papa pbare ait. Revertere cras in tali habitu i quo intraisti ad filiū tuū quādo peccasti cum eo. At illa venit i eamissa iterum clamans p veniā. Papa considerans cordis ei⁹ amaritudinē dixit. Uade remissa sunt tibi peccata tua. Audiens autē hoc vnus cardinalium contra papaz murmurauit q^o tam grande peccatum tam faciliter dimitteret. Tūc ait papa. Si male egi. possideat me diabolus et torqueat. Si autēz bene possideat te et torqueat. Statim diabol⁹ possidebat cardinalem. et grauitur vexabat quousq; papa p eius liberatione orauit. Ecce q^o deus et omnis eius curia remissionez eius approbavit. Ideo confide o peccator remittunt tibi peccata tua. Propter enim defectuz pfidentie **Cayn** et **Judas** incurabiles extiterūt et d^o misericordia dei desperauerunt. De **Cayn** habet **Gen. iij.** vbi ait. Maior ē iniquitas mea q^o vt veniā merear. De **Juda** dicitur **Matth. xxvij.** Quia abiit et laqueo se suspēdit. Et allegat de pe. dis. iij. Inter. et c. in salicibus. Ideo dicit **Aug. xxiij. q. v. c.** Si nō habet. Judas plus peccauit desperādo q^o christum tradendo. Ideo debet pfidere peccator et nullo mō desperare. Quia desperatio valde displicet deo. q^o maximum pctm. q^o dicit **Isid. d. sum. bo.** Desperatio ē peior omni peccato. Et **Aug. sup Joh.** Solū desperationis crimē ē qd mēderi nō potest. Propter qd dicit **Bern.** O res pfusa. o res mēstruosa peccatorz desperantiū d^o dei misericordia cu^z oia peccata originalia venialia et mortalia ab origine mūdi cōmissa diuine misericordie cōpata sint qsi vna gutta aq^o ptra pelagus mari tot⁹ bec ille. Cōfide ergo o peccator confide i deo et spera corrigēdo peccata. quia fm **Bern.** nulla est culpa q non habeat veniā. Sed di. q^o videt q aliqua sunt peccata que non remittūt. Quia dicit dñs **Mat. xij. et Marc. ij. et Luc. xij.** Qui peccauerit i spiritū sanctū. nō remittetur ei h neq; i futuro. Que g sūt illa pctā dicit

mgr sen. li. ij. dis. xliij. c. j. Quidaz dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. **Obstinatio** ē indurate in malicia mentis pertinacia per quam fit anima impenitens. **Desperatio** ē. qua quis penit⁹ diffidit de dei bonitate estimans suam maliciaz diuine bonitatis magnitudinem excedere. Sicut **Cayn** qui dixit. Maior est iniquitas mea etc. Utrūq; dicitur i spiritū sanctū. Quia spiritus est amor patris et filij et benignitas qua se inuicē i nos diligunt que est tanta cui⁹ non est finis. Sed querit magister. ca. ij. eiusde⁹ distinctiōis. vtrum omnis obstinatio mentis in malicia obdurate omnisq; obduratio sit peccatum in spiritū sanctū. Et respondet ponēdo duas vias. Quidā inq^o dicunt omne desperationē et obstinationē peccatū esse i spiritū sanctū. q^o si aliquādo hoc peccatū remittit. q^o multi etiā obstinatissimi et desperatissimi puerūt vt ait **Aug. sup illud ps. lxxij.** Cōuertā in pfundū maris. i. eos q erant desperatissimi. et ibi. Mittit cristallū sicut frusta panis. id ē. obstinatos facit aliorū doctores. Scdm istos peccatum illud d^r irremissibile. nō quia aliquando nō remittit. sed quia vix aut raro et difficulter dimittatur. Non enī soluitur cristallus nisi vehemētis spiritus impetu. Alij vō tradunt nō quamlibet obstinationē vel desperationē appellari pctm in spiritū sanctū. sed illaz tm quā comitat⁹ in pnia. Et fm istos peccatū d^r irremissibile eo q nūq dimittat⁹. Quia fm **Aug.** hoc solū peccatū scz impenitentia veniā mereri nō pōt. Sed tamen idez **Aug. d. vbi dñi d impenitētia q ē blasphemia i spū sanctū** sic ait. Ita impenitētia vel cor impenitens q diu qsq; i hac vita viuit aut carne nō pōt iudicari. De nullo enī desperādū q diu patientia adducit ad penitentia. Paganus ē hodie. Iudeus infidelis est hodie. heretic⁹ est hodie scismaticus est hodie. Quid si cras amplectatur catholicā pacem et sequat catholicā veritatē anteq finiant vitaz istam agant verā pniā et inueniant verā vitam in futuro. Noli te ergo ante temp⁹ iudicare quēq. bec **Aug^o**. Quia vbi supra. c. iij. nō potest sciri de aliquo vtrūz peccauerit ad mortē vel ad spū sanctū nisi cū ab hac vita discesserit. vel nisi alicui p spū sanctum mirabiliter reuelatū fuerit.

Dñica. xx. post trini. Sermo p^rmus.

Nolite inebria
ri vino in quo est luxuria. ad **Ep^h. v**
Sed naturales orex est piscis habitans i mari. et est adeo magn⁹ q vix possunt eū portare

decē equi. ideo piscatores quando capiunt eū dant ei bibere vinū quod multū diligit de quo tantū bibit q̄ inebriatur. et sic facilius a paucis deportat. Spūaliter per mare mūdus p̄s intelligitur. De quo **Job. iij.** Qui gradit̄ sup fluctus maris. Ille sup fluctus maris ambulat qui seuitias mūdi superat atq; calcat. In hoc nantant hoies tāq; pisces. sed ab eo extrahuntur p euāgelicas predicationes. **Iux illud Mat. xij.** Simile est regnū celoz sagine. i. doctrine euāgelice. misse in mare. i. in mūdū. et ex omni genere piscum congregati. i. tam bonorum q̄ maloz. pauperz et diuitū hominū. iter quos sunt quidam magni in virtutibus q̄ a demonibus capi nō possūt. nec ad vitia deportari. Idcirco infernales piscatores videlicet demones percurāt interdum vt tales inebrientur. et sic capiātur i peccatis. sicut factū est de **Loth Ben. xix.** qui procurante diabolo inebriatus ē et incestū cū filiabus perpetravit. Ideo dicit **Die-ro.** Loth quem Sodoma nō vicit vina vicerūt quia venter mero estuans de facili spumat in libidinem. Nā diabolus vti hac cautela ad capiendū homines qua vsi sunt contra africanos carthaginēses. Refert enī **Julius frontin⁹** de duce quodaz carthaginēsi qui habuit bellū contra africanos qui carthaginēsis rebellant. fuerunt autē africani nimis auidi de vino quod intelligens dux vsus est tali cautela. Accēpit enī multa dolia et miscuit vinum cum succo mādragoze que ē herba somnifera s̄m **Aristotelem** in de somno et vigilia. Facit enī homines ita dormire q̄ sunt insensibiles. Dolia igitur sic infecta misit in tentorijs relinquens. Africi autem gaudentes tentoria inuadunt. et venientes victualia de vino in abundantia comederūt et biberunt de vino infecto. Et statim omnes sic oppressi sunt vt nullo mō se iuuare possent. Hoc explorans dux rediit. et eos cepit et trucidauit. Spūaliter carthago interpretatur suscitatio. et significat demonē q̄ suscitatur aduersus nos varia prelia. Inde carthaginēses alij demones qui pugnāt contra africanos. id ē. christianos qui rebellant eis. Sed diaboli interdum capiunt eos p vinum i quo mixta ē luxuria q̄ i peccatis dormiant ne violentia eoz sentiant. vt sic quilibet captus posset dicere **Prover. xxij.** Vulnerauerunt me et non dolui traxerunt me et nō sensi. De hac captione loquitur sanctus **Effrem.** Pleriq; p vinum a demonibus capti sunt. nec est aliud ebrietas q̄ infestissimus demon. Fuge vinum quasi venenum ne ebrietas superet te et expolieris cunctis virtutibus nudum te efficiat. Propter qd et apostolus hortatur nos in verbis allegatis. Noli

te i. quit inebriari vino. In quibus principaliter duo facit. Primo inbibet ebrietatē. ibi. nolite inebriari. Secūdo ostēdit vini causalitatē. ibi. vino in quo ē luxuria. Primo inbibet ebrietatē cum dic. Nolite inebriari. Ubi nota. ebrietas est merito vitāda. qz est mater omniū vitiōz. Nec est enī vt dicit **Robert. hol. sup li.** Sapientie. lectio. cxxj. denudatrix secretorū. infamatrix sensorum. alligatrix robustorū. et imperatrix flagitiorum. Primo enī ebrietas ē secretorū denudatrix. **Prover. xxxj.** Nullū secretū est vbi regnat ebrietas. quod probat **Seneca ad Lucillum. lxxxvj.** Quemadmodū dolia musto plena rumpuntur. et omne quod i imo iacet in summā partem vi caloris eructat. Sic vino estuante quod in imo iacet abditum effertur et proditur in medium. Et hec est vna causa quare specialiter vinū regibus phibet quorum est censere consilia. Nihil enī est tam periculosum reipublice sicut ebrietas in rege. Tali namq; principe aut rege punitiones indebite precipites irrogantur. Consultatiōes accepte iniuriam aliorū incaute reuelant. Ordinatio nes p̄cesse et viles reipublice retrahūt. Ideo dicitur notanter **Prover. xxxj.** Noli vinū dare regibus. scz immoderate bibendū. quia nullum secretū vbi ebrietas regnat. Et subdit. ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum. videlicet in lege nominū scriptorū. et dimittāt causam filiorum pauperis. scz minus fouēdo partē diuitum. Quia autem reges ebrii indebite punitiones irrogent. narrat **Valerius libro sexto. ca. ij.** q̄ mulier quedam innocens damnata fuerat a **Philippo** rege temulēto que proprie innocentie conscia clamans prouocatiōe inquit ad **Philippum.** si sobrium ipsum viderē. Qui cum sobrius esset libeter causam inspexit. et liberam mulierem a pena dimisit. Legitur etiaz de rege **Alexandro** quem induxit ebrietas ad necandum militem suum quendam minus iuste. Qui regis vociferans violentiaz dixit. Appello ab **Alexandro.** Cui **Alexandro.** Ad quē appellas cu3 appellatio debet fieri a minori iudice ad maiore. et cū nō sit rex maior. Cui miles Appello ab **Alexandro** ebrio vsq; ad **Alexandru** sobrium qui ē maior. Duo facto miles custodi carceris commissus est et i crastinum reueruatus. Mane facto **Alexander** sobri⁹ effectus militem sanum abire permisit. Quia autem ebrietas consultationes aliorum acceptas i iniuriā aliorū reuelet statutū est vt nullus ebrius i consule eligatur. Quia dicit **Seneca in epla.** Ebrietas nihil aliud est nisi voluntaria infania. Et **Linconiensis dicto cētesimo. xlvij.** Ebrietas ē infania. qz fornicatio. vinū et ebrietas auferūt

Dñica. xx. post trinita

cor. **O**see. iiii. Et quia ebrii sunt insani et fatui. ideo p̄ indiscretā locutionē effundunt q̄cqd̄ in secreto audierūt. **Iux̄ illud Eccl̄i. xx.** Sapiens i verbis amabilē se facit. **Glo.** quia cauet dice re odiosa et nociua. **Gratia** autē fatuorū effundetur. videlicet p̄ indiscretā locutionē p̄ quam odiosi redduntur. q̄uis aliquas gratias. videlicet consilium dandi habeant gratis a deo datas in signū etiā ebrietas est denudatrix secretorū. **Legitur Gen̄. ix. q̄** Noe primo vineā plantauit. et bibens vinum inebriat⁹ est. et cum postea dormiret circa posteriora iacuit denudatus. et a p̄p̄io filio deris⁹ ē. **Sz dicit beat⁹ Ambro.** in sermone de ieiunijs. et ponitur dī. xxxiii. **Sexta die** vinum nō pepercit autozi suo. **Raz** Noe qui p̄mo plātauit vineam ignorans vinū inebriatus fuit. **Sed** vbi malum ebrietati agnouit iumentum suum ad remediū temperauit. et sic illi⁹ ebrietas nobis suadet ebrietatem. **Secundo** ebrietas est defamatrix sensatorum. **Unde Aug.** i lib. ad sacras virgines. **In** ebrijs inquit nulla ratio. nullū grande vite cōsiliū. nō gestorū aut lectionū mēbra. nec vlla artium aut industrie p̄uidentia. et ideo null⁹ de sua scientia confidat sed in ebrietate succubat. **Unde Isa. xxviii.** Sacerdos et p̄pheta nē scierūt p̄ ebrietate absorpti sunt a vino. errauerunt in ebrietate. **Et** ideo in antiquā lege sacerdotibus phibitum est ne vinū biberent q̄n ingressuri erant tabernaculū ad ministrandū **Leuit̄. x.** et nō solum in antiqua lege. imo i noua phibetur clericis ebrietas. vt dist. xxxv. c. **Ante omnia** clericū vitetur ebrietas que oīū vitiorū fomes aut nutrix est. **Sed** que sit pene clerici ebrietati deseruiētis. **Indet Ray.** q̄ pena est. q̄ si est ep̄s p̄byter aut diacon⁹ et amonit⁹ nō desistat deponat. **Et** hec pena ponit. xxxv. dist. ep̄s. vbi dī. **Ep̄s** aut p̄byter aut diacon⁹ alie aut ebrietati defuiēs aut desinat aut certe deponat. **Si** vō ē subdiaconus. aut femina aut laic⁹ cōione p̄uēt vel verberet. vt dī. v. dist. ep̄o. et c. ante oīa. et c̄ de vi. et hone. cle. a crapula. ibi dicit. **Clerici** a crapula et ebrietate oēs diligēter abstineāt. nec ad bibēdū vinū q̄sq̄ icitet. cū ebrietas mētis inducat exiliū et libidinis p̄nocet incētium. **Et** subdit decretalis. vnde illū abusum penit⁹ decreuim⁹ abolēdū quo ad pot⁹ equales se obligāt potatores. et ille iudicio illoz p̄ laudat q̄ calices secūdiōres. i. pleniores exhaurit. **Et** inde ponit penā. **Si** quis autem se sup̄ his culpabilem exhibuerit nisi a superiore cōmonit⁹ satisfecerit ab officio et bñficio suspēdat. **Tertio** ebrietas est alligatrix robustorū. **Facit** enī de hoīe bestia. de robusto infirmū. de prudēte insanum

Exemplum de Holoferne fortissimo. quē inani sopitum ebrietate Judith vidua. p̄p̄io gladio interemit **Judith. xiiij.** **Quarto** ebrietas est imperatrix flagitiorū. **Exemplū** de Loth qui inebriatus a filiabus suis cum ambabus incestū p̄petrauit. **Gen̄. xix.** **Alexāder** etiā vt legit i hīsto. sua inter epulas cū esset ebrius amicū sibi charissimū transfodit. **Legit** etiā i quodā libello q̄ dī annulus pte. iij. c. xij. de quodā bibulo et ebrio qui iuxta ciuitatē quandā morabat. et i omni vespe ciuitatē ebrius p̄transiuit. nocte q̄dam cū domū ire vellet in cimiterio quoddaz cerebellum pede inpegit. et cōmor⁹ ait. **Quid** hic iaces miseruz cerebellū. veni ad domū meam et ego tibi de cena prouidebo. **Ecce** q̄ ebrietas fuit i ipso imperatrix flagitij. **Respōdit** cerebellum. **Progredere** et ego sequar te. **Audiens** et ille turbatur. et ex timore ebri⁹ ille sobrius fact⁹ est. domū p̄git totus tremēs. et sedens iubet hostiū obfirmari. **Hum** igit ad mensaz sederet dixit familie vt nullū intrmitteret cōditionis cuiuscūq̄. **Et** ecce subito adest ad hostiū quidam pulsans terribiliter p̄ hospite q̄rens. et inuitatū se ab eo cōmemorans. **Pū** igitur cuncti ex terrore tacerent. et vnus hospite adeste negaret. dixit. **Dicite** hospiti qui veraciter adest. q̄ faciat aperiri. alioquin per vim vt possum introibo. **Audiens** ille. statim mādauit hostiū aperiri. misericordie se diuine recōmēdans. **Et** viderūt q̄ aderant figurā in ortu miserabilis hominis cum ossibus. carnibus consumptis. terribilis ad videndum. qui lotus inter hospite et hospita collocauit nihil comedēs aut loquēs. **Post** hoc surgens hospiti valedicens dixit. **De** cena tua inuitatus nō indigui. sed si stulta et ebriosa voce nō ilulisses mihi. te adeo terribiliter nō visitasset. ideo valeas. ad cenam meaz die octauo velis nolis oportet te venire i loco vbi visitasti. hoc dicto disparuit. **Ad** hanc vocem hospes cūz omnibus amicis suis turbatus. consilium a sapientibus requirrens non inuenit nisi vt disposita domo sua cōtrit⁹. cōfessus. ac sacra cōmunionē monitus in loco et tempore condicto diuinum iudiciū expectat. **Quod** cum fecisset hora condicta cū omnibus suis ad cimiteriū veniēs. subito p̄uentum validum raptus sine omni lesione ad locū amenissimū ductus corporaliter cast⁹ pulcherrimū sed desertum vidit. **Quod** cum ingressus esset mensam omni genere ciborū ornatissimam inuenit. **Post** hoc mortuus ille aduenit vt prius cum salutans gratiose ad predictam mensam cum sedere fecit. **In** angulo quidē sordidissimam ip̄e habens mensam cū sordidiori mensali ac panem nigerrimum et lumē

miserabile. **A**d hanc mensam mortuus i humili veste tristis sedebat. qđ inuitat⁹ ille vidēs p amaritudine ⁊ dolore ⁊ timore comedere non valebat. **D**einde mortuus dicebat. **Q**uare nō queris a me. **A**t ille. **N**ō audeo pze tristitia. qz quod michi futurum sit penitus ignoro. **S**z ta men quis sis. ⁊ qđ mecum fieri debeat scire cu pio. **T**unc mortuus. **N**ō inquit timeas. nō enī peribis. sed pro correptione tua dei dispositiōe omnia hec contigerunt. **S**i me fm conditiōnem mortuorum non visitasses nihil tibi horū aduenisset. **P**ed de statu meo sic fuit. **I**n ciuitate vbi habitas quondam iudex eram in diuino officio negligens. et semper in crapula. s. vixi. **S**ed quia iustus fui. ideo misericordiam consecutus sum. **E**t hec ē pena mea quam vidisti. p turba desertum possideo. pro crapula mensam pauperē intueor. **M**odo reuertere i domū tuam. ⁊ peccata tua pijs lachrymis ⁊ opibus dele. **Q**uo dicto venit ventus qui eum ad locum d quo assumptus fuerat reuexit. ibiqz adhuc filiā suā lachrymantē et alios amicos quos ibi reliquerat inuenit. **Q**ui videntes reductus miserabiliter ⁊ mirabiliter deformatus territi defugerunt. **C**reuerunt enī vngues ei in manibus ⁊ pedibus in modum aquilarum. et cutis ei⁹ nigra ⁊ horrida ex motu reddebatur ita vt suis minime nosceretur. **T**andem ab eo reuocati veniunt. ⁊ ab eo rem per ordinem audientes dominū collaudabant. **I**pse autem in virū perfectum postea mutat⁹ fuit. **R**efert etiā **R**obertus holkot lectione. cxxj. q rusticus qđaz inebriatus rediit domū. ⁊ de quolibet quod videbat apparebant sibi duo. **C**onsiderās ergo duos filios suos putauit esse quattuor. **I**mpo suit vxori qz haberet quattuor filios. ipsaqz ne gante iussit qz se purgaret. ⁊ precepit vomere3 afferri ⁊ poni in igne. **E**t dixit vxori sue qz omnino nō crederet nisi portaret ferrum ignituz. **E**t illa vt prudens femina dixit qz libenter hoc faceret si tamen primo ferrum ignitum sibi traderet. **I**lle autez ferrum ignitum accepit se pessime ledit ⁊ ad sobrietatem deuenit. **I**deo d talibus ebijs dicitur **Iob. xij.** palpabunt quasi in tenebris ⁊ nō in luce. ⁊ errare fecit eos quasi ebrios. **H**oc ad primum. **Q**uantum ad secundum tangit vini causalitatem cum dicit. vi no in quō est luxuria. **T**ibi notandum immoderat⁹ vsus vini causat ⁊ causauit ab initio multa mala. **P**rimo enī immoderatus vsus causauit detrimentum libertatis. **N**az prima radix seruitutis et ignobilitatis fuit p vinum. **S**icut enī patuit vbi supra qz **N**oe primo plātauit vineam. **Gen. ix.** **A**n̄te enī diluuiū vinum nō fu

it. nec homines vinum habebant vel bibebant
Abens ergo vinum inebriatus est. et dormiens
iacuit in tabernaculis posterioribus dormitatus
accessit filius suus **A**ham. et patris verenda de
nudata conspiciens patrem derisit. **N**unciatum
est hoc postea patri. **P**ater seruitute filium dam
nanit. **E**t hec fuit prima origo seruitutis. sicut
dicit beatus **A**ug. x. de ciui. dei ca. xv. **I**n hoc
etiam satis innuntur quattuor mala que ebrietas
causat in homine. **P**rimum namque quod priuat homi
nem vsu rationis et sensus. et facit hominem de
terioriorem bestia. **N**am homo nullo alio differt
a bestiis nisi per intellectum et rationem. et quicum
que priuat se sensu et ratione deterior est bestia. quod
dicit philosophus. x. ethicorum. quod homo malus est deci
es millesies deterior bestia. **E**t hoc significat
Noe dormitio. **S**ecundum malum quod expoliatur homi
nem diuitiis. scilicet quia frequenter magni potato
res sunt pauperes. quia qui amat vinum et pin
guia non ditabitur. et hoc significat **N**oe denu
datio. **T**ertium malum quod reddit hominem de
risibilem. non solum inimicis sed etiam amicis.
Et hoc significat quod **A**ham derisit eum. **Q**uar
tum quod expoliatur prolem. et facit eum miserabilem
Nam potatores frequenter prolem suam men
dicant et fuituti exponunt. et significat quod **N**oe
maledixit **A**ham. et eum seruituti addidit. **C**ir
ca hoc oritur una dubitatio. utrum dominatio su
per alium fuisset si **A**dam in innocentia persisti
tisset? **R**espondet parisiensis in scripto quod triplex est
dominatio aut potestas. **U**na vtendi alia ad nutum
et tales dominationem aut potestatem habuisset homo
super bruta. et non super homines. **S**ecunda est dominatio
aut potestas impandi. et illam habuisset homo in illo
statu super uxorem et super filios. **T**ertia est coercionem
di. et huic correspondet seruitus. **E**t talis non fuisset
in statu innocentie. **E**st enim libertas a fuitute ho
mini naturalis. **S**ecundo vinum immoderate sum
ptum est attrahentum honestatis. **C**onfundit
enim et denigrat vel deturpat hominis. tam corpo
ris quam anime nobilitatem. **U**nde **I**nno. d. vi. hu
ma. condi. lib. ij. ca. xix. **Q**uid turpius ebrioso
cui fetor in ore. tremor in corpore. qui promit
stulta. pandit occulta. cui mens alleuiatur. sa
cies transmutatur. **E**t **Gene. epla. xij. N**on est enim in
quit amplius in sua potestate ebrietate deuictus? **I**gitur
figitur a quibusdam ebrietatis imaginem sic fuisse de
pictam. **I**maginem puerilis cornu hominis in manu. et in
capite coronam de vitro. **P**uer erat in signum quod nul
lum velat secretum. scilicet clamando et clamando reuelat.
Coronam vitream in signum quod reputat se gloriosum et di
uitem quod est ebrius cum nihil habeat. **T**ertio vinum
est completum voluptatis. verecundia enim multos
cohibet a peccatis. et ideo vbi illa per vinum auferretur

Dñica. xx. post trinita

voluptas que i corde latuit sine pudore se de-
regit. **Iux** illud dictu **Sene**. vbi s. Plures pu-
dore peccadi q̄ bona voluntate phibiti sunt. ac
vbi possidet aiuz nimia vis vini q̄cqd mali la-
tebat emergit. **Et** iō dicit **Inno**. c. ij. Turpis
m̄ scz ebrietas filiā generat turpiore. s. luxuri-
am. **Iustu** ē enī vt q̄ i sordib⁹ ē sordescat adhuc
Et itez idē. **U**eter inq̄t satur libeter vnerem
amplera. et sapiēs **Prover**. xx. et ponit. xxxv
di. **Luxuriosa** res ē vinum et tumultuosa ebie-
tas pp̄t qd vinu phibitu fuit v̄gimib⁹ et mulieri-
bus. **De** p̄mo dicit **Diero**. i. epi. xcy. Si expto
credit hoc p̄mū moneo vt sp̄sa xpi vinu fugi-
at p veneno. qz antiquitus vinu vocabat̄ vene-
nū. **De** scdo dicit **Valeri** lib. ij. c. j. q̄ vsus vini
romanis. s. fuit ignotus. **Quapropter** inquit
apls. **Nolite** inebriari vino i quo luxuria ē scz
effectiue. **Quarto** vinu ē expimētū fatuitatis.
qz si hō ē disposit⁹ ad q̄dcunqz malū i ebrieta-
te p̄t capi ab eo expimētū. **Quia** d̄r **Eccl**. xxxij
Unū corda supborum arguit. i. ostēdit et p̄dit
f **Pro** clusiōe fmonis mouet ista qd. vtz vsus
vini sit homini licit⁹. **Ad** hāc q̄stionē s̄b distin-
ctiōe d̄r. q̄ p se loquēdo vsus vini ē hōi valde
licit⁹. **Qñ** enī tempate sumit iux etatē corp̄is
et t̄pis q̄litate p̄fortat stomachū. calozē cor-
roborat naturalē. iuuat digestiōē. cōseruat a
corruptiōe. cibū decoq̄t. et pducit ipm i eisdez
mēbris donec p̄uertat i sanguinē subtilē. **Tūc**
ascēdit ad ceruicē cū calozē t̄pato. et reddit ca-
put securū ab infortuit⁹ casib⁹. **Insup** cor leti-
ficat. colozē rubificat. linguā reddit expeditā
liberat a curis. et hōiez facit audacē et excitat
ad omnē appetitū. et multa alia bona facit vt
dicit **Aris**. in secretis secretorū li. ij. **pōt** tñ cō-
tingere p accidēs q̄ alicui homini sit illicitum
vel ex p̄ditiōe bibētis vel alioz q̄ forte de suo
actu scandalizant. **Ex** p̄ditiōe reddit alicuius
vini vsus illicit⁹. qz forte a vino facile ledit̄. et
p̄dit caput et linguaz vel pedes. vel qz ex voto
ad vini abstinentiā se astringit. **Et** notanter d̄r
supius q̄ vsus vini est illicitus iuxta etatē cor-
poris. scz senilis. qz iuuenibus et pueris nō cō-
petit vsus vini. sicut pbat **Egid**⁹ romanus de
regi. p̄nci. li. ij. ptis. ij. c. xij. **Quia** turbato ce-
rebro ex nimia sumptione vini et amisso vsu ra-
tionis de facili p̄rumpit̄ in v̄ba inordinata ex
quibus consurgunt dissensiones et lites. **Iuue-**
nes ergo qui sūt amatores p̄tumeliāz vt vult
p̄lus. ij. rhetor. a nimia sumptiōe vini sunt p̄-
hibendi. **Dat** tamen **Aris**. vna z medicinā cō-
tra ebrietatē li. ij. secreti secretorū. **Oportet** in-
quit illū qui inebriatur vino vltra modum sum-
pto vt abluat se in aqua calida. et sedeat super

fluēta currentiū aquaz. et habeat salices atqz
myrtū. et yngat suū caput cū sandaleō p̄fecto.
et fumiget cū incētib⁹ frigidis et odoriferis. **Et**
p̄tra solutionē q̄stionis posset aliquis instare
et dicere q̄ vsus vini nō esset licitus. et p̄mo au-
toritate. **Eccl**. iij. **Q**ogitau i vino abstrahere
carnē meā vt transferā aīaz ad sapientiā. **Sed**
sine sapia nō potest hō saluari. **Quia** **Pa**. vij
Nemine diligit de⁹ nisi qui cū sapia inhabitat
Igit necessariū ē homini q̄ aīa sua abstrahat
a vino. **Scdo** p illud **Roma**. xiiij. **Bonū** ē non
māducare carnē nec bibere vinum. s. cessare a
bono ē vitiosū et illicitū. **Tertio** qz dicit **Diero**.
q̄ vinu cū carnibus post diluuiū ē dedicatum
xps aut venit in fine seculorū. et extremitatem
retraxit ad p̄ncipiū. ergo t̄pe legis xpi est il-
licitus vsus vini. **Ad** p̄mū est dicendum q̄ li-
cet hoc sit p̄fectiōis et consilij. nō tamē ē vsus
vini ideo illicitus. **Vel** aliter d̄r q̄ sapiētia est
duplex. **Una** a deo infundit̄. alia p doctrinā et
studiū acquir̄t. et certe respectu p̄ime dispo-
nit abstinentia a vino respectu scdo nō. **Ad** scdō
dicēdū q̄ auctoritas apli ē p romanis pueris
ad fidē q̄ nec carnibus nec vino vtant̄ in scan-
dalū xpiano et de nouo puerorū. ideo subdit̄.
In quo frater tu⁹ offendit vel scandalizat. **Ad**
tertium d̄r q̄ christus a vino retraxit tanq̄ ab
impedimēto p̄fectiōis si excessiue sumatur. **Si**
autem tempate nō retraxit ab eo. **Quia** apls
q̄ doctrinā suā et euangeliū non habuit ab
homine. sed p reuelationē iesu christi. ad **Gal**.
i. **Suasit** vsus vini ipsi **Timotheo**. i. **Timo**. v.
Noli adhuc bibere aquā. sed modico vino vte-
re. ppter stomachum. **Et** sp̄s sanctus p sapien-
tem dicit. **Exultatio** anime et corporis vinum
moderate potatum. **Eccl**. xxxij. **Et** dicit notan-
ter moderate potatum. **Quia** fm **Aris**. vbi s. **S**
vinu qñ sumitur abundāter in magna quātita-
te obscurat intellectu. impedit sensū. turbat
cerebrū. debilitat virtutē naturalē et animalem
generat obliuionē. ledit omnes q̄nqz sensus q̄
bus regitur et disponitur tota operatio corpo-
ralis. fugat appetitum. debilitat catenas cor-
poris et iuncturas. generat tremorez membro-
rum et lippitudinem oculorū. accendit colerā
destruit epar. quia reddit eius sanguinem gros-
siorē. et corporis sanguinem denigrat. et exin
de proueniūt timor et horroz. tremor. somnia
locutio. fantastice visiones. et corruptio calo-
ris. debilitatio genitaliū. destructio sensus. ab-
ominatio stomachi. distemperat cōplexionem
generat corporis grossitudinē. et quod deteri⁹
est. lepra inducit. et tunc ē de genere venenozū
Et hoc ad scdm.